

doceri opus esset, proposita sint, eadem tamen nos concordiae causa – si de reliquis conuenerit – acceptari ac tolerari posse censemus, modo commodam interpretationem admiserunt.

De tribus sequentibus articulis, nimirum de iustificatione, de eiusdem  
5 utilitate et fructibus deque iustificandi modo in 3., 4., et 5. foliis.<sup>11</sup>

Multis argumentis inducimur, ut doctrinam, quam de iustificatione liber tradit, [199:] cum scriptura prophetica et apostolica pugnare iudicemus. Nam et obscura in quibusdam est, in aliis uero impura et in scopo impia ac uerae iustificationis rationi contraria et quod nullo modo dissimulari debet, infirmo  
10 planeque falso – id est deprauato ac perperam intellecto beati Pauli loco – innititur, quasi idem ad Romanos V de charitate fidelium erga Deum loqueretur,<sup>12</sup> cum ipse de Dei dilectione erga homines, toto contextu attestante, loquatur. Obscurum est, quod de iustitia inhaerente<sup>13</sup> cum iustitia Christi concurrente et hominem pleno iustificante comminiscit. Impurum est, quod  
15 dissimulata fide, tanquam nihil ad iustificationem per inuentum de applicatione meriti Christi, de purificatione cordis, de remissione peccatorum, de absolutione a reatu aeternae damnationis, quae omnia fidei ipsa scriptura tribuit, docet. Impium est inter caetera, quod humanam iustitiam cum iustitia Dei et merito Christi confundit quodque enim dignitatem et officium iustifi-  
20 candi hominem infirmae hominum charitati et imperfectis operibus ex eadem manantibus euangelio reclamante tribuit, cum solus Iesus Christus et sit et perpetuo maneat iustificator peccatorum et iu-[200:]stitia fidelium coram Deo, ante cuius tribunal ex operibus legis, charitate et aliis non poterit iustificari omnis caro.<sup>14</sup> Contra scripturam est, quod de iustificatione hominis  
25 loquens, a scriptura dissentit, cuius coelesti sententia spreta humana com-

<sup>11</sup> Vgl. Augsburger Interim IV–VI, 43–51. Die Folio-Zählung richtet sich nach der Erstausgabe der lateinischen Fassung des Augsburger Interims, die noch im Juni 1548 in Augsburg bei Philipp Ulhart d.Ä. in den Druck ging: SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS DECLARATIO, QVOMODO IN NEGOCIO RELIGIONIS PER Imperium usque ad definitionem Concilij generalis viendum sit in Comitijs Augustanis XV. Maij. Anno 1548. proposita, et publicata: & ab ab omnibus Imperij ordinibus recepta [...] Cum Gratia & priuilegio Imperiali. AVGVSTAE VINDELICOrum Philippus Vlhardus excudebat [1548]. (VD 16 D 949), B 3r–C 1r. Im Folgenden zitiert als „Augsburger Interim (Ulhart)“.

<sup>12</sup> Vgl. Röm 5,5.

<sup>13</sup> Vgl. Augsburger Interim IV, 45. Die mittelalterliche, scholastische Tradition ging davon aus, dass Gott im Vorgang der Rechtfertigung seine Gnade in den Menschen eingießt („gratia infusa“), die ihrerseits als Liebe zum habituellen Besitz des Menschen wird, mit dem er als Gerechter Verdienste ansammeln kann, die Gott einst mit der Seligkeit belohnen wird. Vgl. Christiane Tietz, Art. Rechtfertigung III. 2, in: RGG<sup>4</sup> 7 (2004), 104f.

<sup>14</sup> Innerhalb der Wittenberger Reformation betonte vor allem Philipp Melanchthon den forensischen Charakter der Rechtfertigung. Der Mensch werde vor Gottes Richterthron gerecht gesprochen, weil ihm die fremde Gerechtigkeit Christi im Glauben angerechnet wird („imputatio iustitiae alienae“), die niemals zu seiner eigenen Gerechtigkeit werde, sondern stets die dem Sünder angerechnete fremde Gerechtigkeit Christi bleibe. Vgl. Christiane Tietz, Art. Rechtfertigung III. 3, in: RGG<sup>4</sup> 7 (2004), 105–107.